

Area F 2006

Sight Recitation Level 2

Lucius Quinctius Cincinnatus

Posteā, dum tribūnī imperium cōsulāre lēgibus dēfinīre cōnantur, L.

Quīnctius Cincinnātus cōsul factus est. Ut magistrātum iniit, reprehendit et senātum et plēbem, quod eīdem tribūnī etiam atque etiam creati cīvitatem turbārent. Senātus igitur dēcrēvit magistrātus continuārī contrā rem pūblicam esse. Plēbs tamen eōsdem, quōs anteā tribūnōs creāvērunt. Patrēs quoque, nē quid cēderent plēbī, Lūcium Quīnctium cōsulem fēcērunt. At is, “Minimē mirum est,” inquit, “sī nihil auctōritātis, patrēs cōscriptī, habētis apud plēbem. Vōs eam minuitis, quī in continuandīs magistrātibus plēbem imitāminī. Ego mē contrā senātus cōsultum cōsulem reficī nōn patiar.”

Alius igitur cōsul factus est.